

Secundò observo descriptores librorum, vobis aut litterarum similitudine sæpe fuisse deceptos. Sic Canus lib. 11 de Locis, ubi varia in numeris observat errata transcriptorum incuria, qui decepti similitudine notarum, quibus varii significantur numeri, unum numerum pro alio supposuere. Contingit autem sæpe, ut una dicitio à descriptore prætereat, quia alia similis illi conjuncta est. Exempla occurrunt plura; tu pauca accipe. Ad Hebr. c. 12, v. 2, communiter legitur: *Proposito sibi gaudio*, cum tamen juxta Græcos codices legendum sit: *Pro proposito sibi gaudio*. Græcè enim legitur ἀπὸ προσηυμένως ἀπὸ γαυδίου. Ita legit Chrysostomus, Theodoretus, Theophylactus, OEcumenius; quia ergo conjuncta fuerunt pro particula, et pro iterum in participio proposito, alterum à parum attentio et festinante descriptore relictum est. Et c. 5, v. 11, sermo ante correctos Latinos codices, interpretabilis dicebatur, cum tamen dicendus esset ininterpretabilis; sic ad Roman. 11, investigabiles dicuntur viæ Domini, pro ininvestigabiles; conjunctio geminata in, fecit ut alterum descriptur omitteret. Sic Psalm. 118 legitur: *Præveni in maturitate, pro in immaturitate*, id est, in tempore nondum opportuno.

Hoc ipsum contingit aliquando, cum in eadem clausulâ, imò cum in diversis, vox aliqua repetitur quæ interdum descriptorem prope rantem decipit, ita ut quæ intermedia sunt, transiliat incautus. Docuit hoc Hieronymus ad illud Isaie cap. 42: *In veritate educet judicium*. Quem locum ita citat Matthæus c. 12, ut mediam clausulam aut omiserit, aut omisisse videatur. Sic ibi Isaías, post alia quædam non pauca, quæ etiam in eodem loco retulit Matthæus: *Calamum quassatum non conteret, et liliam fumigantem non exstinguet. In veritate educet judicium; non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terrâ judicium, et legem illius insula expectabunt*. Matthæus hæc omnia repetit, tantum omittit illa: *Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponat in terrâ judicium*. « Hoc, inquit Hieronymus, Matthæus Evangelista non posuit, sive inter judicium et judicium media scriptoris errore sublata sunt. » Clarius idem ad Algasiam q. 2, eum de hæc ipsa re iterum disputaret: « Videtur, inquit, mihi accidisse primùm scriptoris errore, qui legens superiorem sententiam in verbo judicij esse finitum, putavit inferioris sententiæ ultimum verbum esse judicium, et pauca verba, quæ in medio, hoc est, inter judicium et judi-

« cum fuerant, prætermisit. » De hoc iterum nobis agendum est, cum de Josiâ et illius filiis in hæc ipsâ Servatoris prosapia instituetur sermo.

Tertiò observandam, quando numerus naturâ suâ perfectus est, ut in decades, hecatodadas, chiliadas, aut miriadas complet, seu hominum electione atque instituto, ut si magis aliquis numerus in octodadas, enneas, pentadecades, et sicut hoc in loco tessaradecades distribuatur, rationem non haberi illius numeri, qui parum aut excedit numerum perfectum, aut ab illo deficit. Genes. c. 35, v. 26, duodecim numerantur filii Jacob, et in his Benjamin, et hi omnes nati dicuntur in Mesopotamiâ, cum tamen constet Benjamin natum in Ephrata. Sicut duodecim filii Jacob, qui numerus propter illustres illos patriarchas perfectus erat, nati dicuntur in Mesopotamiâ, licet undecim nati tantum ibi; sic etiam quia idem numerus in Apostolis illustris erat, licet ex illo numero excidisset Judas, et tantum essent undecim usque ad electionem Matthæi, id est, usque ad Christi Ascensionem, tamen duodecim numerantur, quia unus tantum ab illo perfecto numero defecerat. Ita August. tom. 4, lib. 1, Quæst. in Genes. quæst. 117: « Ubi pars, inquit, major est, aut potior, solet ejus nomine etiam illud comprehendere, quod ad ipsum nomen non pertinet, sicut ad duodecim Apostolos jam non pertinebat Judas, qui etiam mortuus fuit, cum Dominus resurrexit à mortuis, et tamen ipsius duodenarii numeri nomen Apostolus in Epistolâ suâ tenuit, ubi ait eum apparuisse illis duodecim. » Plura exempla inveniet attentus lector in Scripturâ sacrâ; tu vide plura apud Salmeronem prolog. 11, quinque, 5, regul. 4. Sicut duodenarius numerus propter duodecim Apostolos in Testamento novo perfectus est, sic etiam tessaradecades, quia in tessaradecades Evangelista voluit tres status Israëlitiæ reipublicæ parti. perfectus existimatur numerus. Atque idè non admodum laborandum, sive ex tessaradecade unus defecerit, sive excedat numerus. Adhibuit autem Evangelista quaterdenas, in quas tempora Judicum atque Patriarcharum, deinde Regum, postea eorum qui, exactis Regibus, in transmigratione, et post illam Christi prosapiam propagârunt, digereret, non quia omninò quælibet quatuordecim contineret generationes, sed quia nulla commodior excoGITARI partitio poterat, quæ singularum ætatum seu tractuum posset generationes magis æquali

numero dispensare. Hispanus per duodenas, alii per quindenas multitudines dividunt, neque in numerando curant an exiguus numerus, aut non impleat, aut superet duodenas, quindenasve. Neque ubique gentium vulgaris atque quotidiana numerandi ratio exiguum curat numerum, nominato perfecto. Quis unquam dixit habitari civitatem à mille et decem viris, aut in acie cecidisse quater mille et viginti milites? satis enim habent numeros adhibuisse perfectos, in quibus communiter intelligitur, aut addendum, aut deducendum aliquid.

Quod de numero perfecto dicimus, id etiam de nobili aliquo loco, aut insigni tempore dicendum est: id enim in aliquo loco fieri dicitur, quod non longè ab illo factum est. Quo modo Christus dicitur occisus Hierosolymæ, cum tamen extra illam crucifixus sit. Sic enim Christus, cum de sua morte ageret, Lucae 15, dixit: *Non capit prophetam perire extra Jerusalem*. Et Joan. 1, baptizasse dicitur Joannes in Bethania, quia propè Bethaniam baptizabat. Idem etiam dicendum de tempore illustri ac noto. Quo modo multa facta narrantur, quando egressi sunt filii Israel de Ægypto, cum tamen nonnulla longiusculè post illud tempus facta fuissent, ut siccatum mare, Josue 2; occurrisse Moab Israëlitis, Deut. 23; datum manna, Exod. 16; acceptam legem in monte Sina, Deut. 4, Levit. 26, 2 Reg. 8, v. 9: *In archâ autem non erat aliud nisi Æne tabulæ lapideæ, quas posuerat in eâ Moyses, in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel, cum egredierentur de terrâ Ægypti*.

Quartò observandum majores posterorum suorum, quantumcumque è stirpe remotos, patres appellari, quomodo Israëlita patrem suum appellat Abraham et Jacob; et eodem modo idem genuisse dici possunt posteris, etiam eos qui multis post seculis patriarchas illos consecuti sunt. Atque idè abavus Joram, et Josias avus, generatione mediâ, optimè et ex usu Scripturæ genuisse dici possunt, ille Oziam abnepotem, hic nepotem Jechoniam. Verumtamen, quia in longâ illâ progenitorum serie immediatè ponuntur generationes, non est verisimile duobus tantum locis, perpetuum illum ordinem esse interruptum, maximè cum nulla gravis appareat ratio, quæ institutum loquendi modum deserere compellat. Atque idè verisimile est in tot immediatis generationibus generationem nullam esse mediatam.

Accedo jam tandem ad illam cogitationem quæ mihi non videbatur esse difficilis; putabam enim tres hosce reges, qui sine dubio Christi fuere progenitores, ab Evangelistâ non fuisse prætermisissos; neque rationem inveniebam ullam gravem, cur omitti debuissent. Non quidem, ut nos referamus supra, quia peccatores essent eidololatrae, quia alii fuerunt istis nihilò meliores, et tamen à Christi progenitorum catalogo expuncti non sunt, non quia propositas ab Evangelistâ tessaradecades generationum numerus excederet, si tres isti cum aliis in numerum venirent Christi parentum; quia ratio hæc levissima est, ut supra probavimus; neque si quis esset error, qui sanè nullus est, minor esset à deficiente numero, qui non complet, quàm ab excedente, qui tessaradecades non expleret; si enim quatuor adimas, qui videntur omisissos, tres desiderantur generationes, ut totidem tessaradecades explantur; quòd si illas addas, quas sublatas vides, una tantum redundat generatio, imò fortassè ad unam adæquat tres quaterdenas, ut suo loco probare tentabimus.

Quòd autem nullam ab Evangelistâ omisissam esse generationem putem, multa persuadent. Primum, quia probare voluit Christum juxta antiquas, neque semel iteratas promissiones, ab Abraham et Davide fuisse prognatum, quod non satis alicui videri posset consecutus, cum in illâ majorum serie tot essent omisissos, quod ignorare eo tempore quo hæc scripta sunt, poterat nemo, cum genus omnium nobilissimum, utpote regium, et in templo atque etiam publicis aliis locis, qui quorè ordine orti essent, è quâlibet familiâ notarentur Quare notari posset ab his, quorum ætate scriptum fuit Evangelium, Matthæi fides, seu inenria, cum id videretur omisissos, quod ex publicis tabulis apertè constabat. Atque idè laborare posset, eo saltem tempore, Evangelistæ fides, neque spectasse existimaretur in omnibus historiae veritatem, cum in ipso ingressu in rebus maximè notis videretur, aut errore lapsus, aut artificio et simulatione elasse, quod nullo modo prætermisissos oportuit. Tale potuit esse in malitiosis animis eo tempore judicium, quod omni ratione ab Evangelistâ deducendum fuit.

Quòd verò Hebræi familiarum suarum principes et quasi stirpes, et ex illis diffusas latè propagines conservaverint, docet apud Eusebium lib. 1 Hist. c. 7, Julius Africanus, qui etiam addit summo studio Herodem Hebræo:

rum genealogias abolendas curasse, ne quisquam illum alienum à Judæorum genere deprehenderet. Quod licet omni studio atque artificio curaret, non tamen est assensus quod aptabat, quia etiam ex publicis monumentis delere potuerit, si tamen delevit, at ex hominum memoria delere non potuit; nam plurimi generis sui primordia, et majorum suorum monumenta conservabant domi, quæ cognitionum ordinem et conjunctionem ostenderent. Quod ita factum esse constat lib. 1 Esdr. c. 2, et lib. 2, c. 7, ubi quidam de sacerdotio dicuntur excidisse, quia genus suum non potuerunt ostendere, nimirum exusto templo, et civibus in solum peregrinum abductis, aliqua familiarum monumenta perierant. Ex illis ergo monumentis, sive quæ publicè servabantur in templo, sive quæ privatim domi sumere potuit Evangelista, hanc progenitorum Christi seriem, à quæ tres illi reges non excluderentur, certè exclusi non sunt ex lib. 1 Paral. c. 5, v. 11, ubi illorum nomina expressè leguntur.

Quare ego sic inferebam, tria illa nomina, quæ descriptoris inenitè subalta existimabam: *Joram autem genuit Ochoziam, Ochozias autem genuit Joas; Joas autem genuit Amasiam; Amasias autem genuit Oziam*. Quæ interpositio id videbatur mihi consequens, ut plena esset secunda tessaradecades, et ex Joram ad Oziam nulla esset mediata generatio. Quod ut ita suspicarer hæc me cogitatio non leviter adducebat; videbam enim tres ab Evangelistâ tessaradecades proponi, quæ tria tempora, seu tres status Israeliticæ reipublicæ distinguerent. Has autem sic putabam, et ab Evangelistâ discretas, et à nobis considerandas, quasi altera alteri connexa non esset, sed tria spatia seorsum à seipsis omnino divisa constituerent. Quare trium tessaradecadem, tria statuebam capita, quæ singularum forent principia, id est, quæ ipsa gignerent, neque tamen ab alio censerentur genita. Prima tessaradecades est ab Abraham usque ad Davidem, nempe generantem, atque ideò ad hanc primam tessaradecadem refero Salomonem à Davide generatum. Si verò Abrahamum tollas, qui tanquam caput non consideratur generatus, et Salomonem huic tessaradecadi adscribas, implebis spatium illud generationibus quatuordecim. Et nihilominus ad Davidem usque dicitur illa quaterdena producta, quia eo loco quasi generans consideratur, et cum generationis termino, nempe Salomonis filio.

Secundæ tessaradecadis caput est Roboam, quia, ut diximus, Salomonis pater in primam tessaradecadem contribuitur; quod si caput et principium, generans à nobis consideratur, non generatum, sicut prius de Abrahamo dicebamus, ab Abiâ Roboami filio numerandæ sunt generationes quatuordecim. In hanc tessaradecadem tres illi reges incurunt, qui in Christi genealogiâ, sicut illam nunc habemus, non inveniuntur; produciuntur autem usque ad Josiam. Inter Abiam porrò et Josiam, quatuordecim ad unam generationes numerantur. A Josiâ porrò statim transmigratio sequitur, à quâ ad Christum usque quatuordecim generationes deprehendo.

Sed antequàm ad tertiam tessaradecadem accedam, repetendum est id quod supra secundâ notatione premisimus, nempe aut repetitâ voce, aut vocis similitudine descriptorum decipi, ita ut aliquid transillat, quod inter duas voces iteratas aut similes interjectum est, quod ibi accommodatis probavimus exemplis. Cùm ergo inter Ochoziam et Oziam maxima sit similitudo, facili decipi descriptor potuit, et conjungere Oziam cum Joram, cùm tamen tres reges intercessissent medii. Atque ideò Joram dicitur genuisse Oziam, quod immediatâ et propriâ generatione non potuit, cùm tamen Ochoziam genuerit, et hic Joas, et hic Oziam, qui quarto gradu distat à Joram.

In tertîa tessaradecade, aliquid etiam implexum occurrit, in quo Patres et interpretes, tam hic quàm apud Matthæum, c. 2, non parùm laborarunt, in quo et nos laboremus oportet, quando postea necessariò de regibus, qui in Christi genealogiâ numerantur, agendum est. In primis illud est difficile, quia Josias genuisse dicitur Jechoniam illum, à quo Salathiel dicitur generatus, cùm tamen Jechonias nepos fuerit, non Josiæ filius. Deinde quia generatus traditur in transmigracione Babylonis, cùm multò ante transmigracionem illam decesserit. Hic omnes unum Josiæ filium, aut omissum esse putant, aut certè nominis communitate cum altero filio obscure confusum. Neque enim aliter componi multa possunt, quæ non bene cum aliis Scripturæ sacræ locis videntur consentire. Quæ de re egimus in nostris Commentariis super Jeremiam, ex quibus huc nonnulla transferemus.

Est igitur primùm observandum, Josiæ filios (unum excipio Sedeciam, de quo nihil mihi compertum est) commune habuisse Jechonias

nomen. De Joachaz, qui et Seilum, qui proximè in regno successit, tradit Esdras lib. 3, c. 1, qui licet extra canonem sit, non tamen exiguè auctoritatis est. *Et assumens, inquit, qui erant ex gente, Jechoniam filium Josiæ, constituerunt regem pro Josiâ patre suo, cum esset annorum triginta trium; et regnavit super Israel mensibus tribus; et movit cum rex Egypti, ne regnaret in Hierosolymis... Et constituit rex Egypti Joacim fratrem ejus regem Judæ.* Hæc omnia dicta sunt de Joachaz 4 Reg. 25, et 2 Paralip. c. 36. Quòd verò qui dictus est Heliacim seu Joacim, appellatus quoque fuerit Jechonias, licet nihil habeamus ex Scripturâ certum (nisi aliquid ad hæc conferre existimus, locum istum Matthæi, in quo nunc extricando versamur) dicunt tamen è Patribus et interpretibus non pauci. Hieronymus in hunc locum Matthæi duos Jechonias agnoscit, patrem et filium, et hoc loco putat intervenire à descriptore vitium. Ambrosius lib. 5 in Lucam ad finem. Idem sentit Epiphanius in hæresi Epicuræorum, ad finem. Ita Chronicon Alexandrinum, in quo Joacim pater, sicut Jechonias filius, sæpè vocatur Jechonias. Ita Abulensis, et Jansenius, et Mariana, in c. 1 Matthæi; Garcia Golerza lib. 8, c. 3; deinde Joacim Jechonias filius, Jechonias quoque vocatus est, ut docet apertè hic Matthæi locus, qui Salathielem apertè dicit à Jechoniâ fuisse generatum, et Jeremias c. 22: *Si fuerit Jechonias filius Joacim regis Juda annulus in manu meâ.*

Multi hic in tertîa tessaradecade unam desiderant generationem, nimirum Joacim, quem etiam Jechoniam appellari diximus, et varias adducunt rationes. Quidam putant in nomine Jechonias duos Jechonias esse comprehensos, quia utriusque commune nomen erat. Epiphanius et Hieronymus, et Ambrosius supra, quibus è recentioribus nonnulli subscribunt, corruptum esse putant locum, et descriptorum duorum nominum similitudine fuisse deceptum, quod non rarò in Scripturâ sacrâ contigisse supra notatione secundâ probavimus. Epiphanius quidem sic explorat, et fortassè invenit descriptoris aut inertem incuriam, aut nimiam audaciam: *Aliqui, inquit, Jechoniam cum alio Jechoniâ reperientes, numerum duplicatum esse putaverunt. Non erat autem duplicatio, sed numerus clarus; ex nomine enim patris filius nominatus est Jechonias. Jechonias itaque detracto proprietatis studio uno nomine ex ignorantia huc*

*delati defectuosum fecerunt propositum argumentum, etc.*

Mihi hæc in re displicebat minùs, quod in Commentariis super Jeremiam ad caput primum in principio olim suspicabar, nomen Joacim, quem Jechoniam quoque vocari diximus, propter Jechonias filii nomen, quod erat illi proximum, fuisse præteritum. Tunc autem suspicabar fuisse in hunc modum ab Evangelistâ nomina disposita: *Josias autem genuit Jechoniam et fratres ejus. Jechonias autem genuit Jechoniam in transmigracione Babylonis; et post transmigracionem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel, etc.*

Hæc autem cogitatio tria summovet, quæ gravissima censeri debent incommoda. Primum, quia Isaias reverè non genuit neque gignere potuit Jechoniam illum, qui natus in Babylone Salathielem, quia Jechonias ille nepos fuit, et multis annis natus post Isaiæ mortem. Secundum, quia Josias, neque Joacim, neque ullum alium filium gignere potuit in transmigracione Babylonis, cùm ante illam obierit. Sanè constat triginta fermè annis ante inchoatam transmigracionem genitum esse Joacim Jechoniam. Quod ita fit perspicuum: nam Joacim qui statim à patris Josiæ cæde regnare cœpit, jam vigesimum impleverat ætatis annum, ut constat lib. 4 Reg. c. 13, v. 36, quibus si addas tres annos, quibus in regno fuit antequàm rex Babylonis principium faceret transmigracionis, Daniel. c. 1, v. 1, efficitur viginti octo annis ante transmigracionis initium natum esse Joacim. Tertium, quia nisi aliquid corrigas aut mutes, à transmigracione ad Christum non possunt generationes numerari quatuordecim. Quæ tamen omnia, si hoc modo quem diximus, nomina disponas, expeditus est exitus, neque aliquid occurrit, in quo attentis lectoris curiositas offendat.

Nam primùm verum est à Josiâ Jechoniam, Joacim, et fratres illius qui etiam regnaverunt, Josiâ defuncto, fuisse generatos. Verùm à Jechoniâ Joacim, ejus anno tertio transmigratio cœpit, in transmigracione Jechoniam alterum susceptum fuisse. Jam verò quomodò tertîa tessaradecades quatuordecim constet generationibus videamus; supra in Josiâ diximus tessaradecadem secundam fuisse unitam, quæ transmigracionem non attingit. Quare necesse est, ut ab illis tertîa tessaradecades incipiat, qui transmigracionis incommoda experti sunt; quorum primus fuit Joacim, quem etiam Jechoniam appellari diximus. Ab hoc

usque ad Christum, si alterum Jechoniam annumeres, generationes numerantur non minus quatuordecim, et illa omnino incommoda tolluntur, quibus generationis series aut interrupta videbatur aut implexa. Hæc ego meditabar mecum, optabamque ab aliis aliquid afferri, in quo sic acquiescerem, ut nihil præterea desiderarem. Quod etiam opto, et à melioribus ingeniiis expecto. Neque enim ego quæ nunc addoxi, sic probò, ut mihi in illis omnino satisfaciam: quædam namque duriuscula alicui videbantur, ut quod tessaradecadem capita in generationibus numeranda non sint, et nonnulli ad aliquam tessaradecadem referantur, quos alii ad alias pertinere putant. Sed si in hæc nostrâ cogitatione aliqua occurrunt incommoda, multò graviora sunt alia, quæ hæc exponendi ratione declinamus. Neque puto de exiguo numero, aut commutatione levi nimis esse laborandum, cum facili eorum se nobis offerat prompta solutio à notatione quam supra tertio loco produximus, ubi diximus, quæ proximè distant à perfecto numero, sive id in excessu, sive in defectu contingat, ea comprehendere ac significari numero perfecto; quod idem est dicendum de loco ac tempore, ut eadem notatione diximus. Quale est Joachim Jechoniam genitum fuisse à Joacim Jechoniâ parente in transmigratioe Babylonis, cum tamen paulò ante generatus fuerit. Quod ex eo constat, quia Joacim undecim regnavit annos, et cum bis à rege Babylonis subjugatus fuisset, primum tertio anno, ex quo regnare cœpit, ut legitur Dan. c. 1; deinde undecimo, quando occisus fuit. Cum illi successit Joachim Jechonias, decem et octo annos impleverat; quare genitus fuit decem annis, ante transmigratioem inchoatam. Sed quia sub illud tempus transmigratio contigit, et uterque rex illius detrimenta sustinuit, in transmigratioe dicitur fuisse generatus.

Sed dicit aliquis: Si quis hic fuit descriptoris error aut incuria, cur nihil mutatum fuit hoc tempore, cum tanto studio Sixti jussu sacri codices examinati atque correcti sunt? Huic objectioni satis videtur factum illâ præfatione quæ sacris, et proximè correctis Bibliis præfixa est, ubi quædam quæ mutanda videbantur, consultò immutata dicuntur esse relicta ad offensionem populorum vitandam. Hæc autem non poterant sine gravi populorum offensione inseri quatuor reges, quorum nomina in Christi genealogiâ, quæ sæpè

in templis resonat, nunquam essent audita.

Multi de hæc Christi genealogiâ multa dixerunt quæ nunc referre omnia, neque otiosi nostri est. neque, animi, neque ut ego opinor, institui. Videatur præter Matthæi interpretes noster Gabriel Vasquez, tom. 2 in 3 p. S. Thom. disp. 127. quæ de re egit accuratissimè et optimè quo tempore per alias occupationes licuit, ne qua temporis, id est, boni domi, particula periret, cujus est parcissimus, D. Franc. de Mendoza Almirantus Aragonie. Quod opus (1) jamdiu premit tanti viri modestia, quod ut in lucem proferat, urgent amici, quorum precibus, ut est ingenio liberali ac miti, non credo, se præfractum atque inexorabilem præbebit. (2)

(1) Hic fortè designatur Franc. Mendoza Commentarium in libros Regum. (ERRORS.)

(2) VERS. 19. — FACTA EST CONTRA EUM CONJURATIONE IN JERUSALEM. Sunt qui credant, conjurationem hanc indutum esse ob amissionem ab Amasiâ prælium, ac eversionem mœnium Hierosolymæ. Hinc factum creditur, ut annis duodecim in Laclis exulaverit, non ausus post ignominiam ejus prælii Hierosolymam reverti. Sed conjurationem hanc componit Usserius cum supremo anno Amasiæ. (Calmet.)

ET INTERFERERENT EUM. Justum hoc fuit Dei iudicium, ut, sicut Joas pater defleat ad idola occisus iustissimus, sicut Amasias filius ejus ad eadem declinans à suis conjuratis necaretur, ut patet 2 Paral. 25. vers. 27. Probabiliter tamen Salianus et alii opinantur eum ante mortem percutissem, et piè in unius viri Dei cultu obisse. (Corn. à Lap.)

Il se fit dans Jérusalem contre Amasias une conjuration qui l'obligea de s'enfuir à Lachis. Mais ils envoyèrent après lui à Lachis, et ils le tuèrent en ce même lieu. Amasias croyait peut-être avoir évité la mort dont le prophète l'avait menacé de la part de Dieu. Et c'est ainsi que les grands pécheurs, après avoir échappé plusieurs dangers, et s'être abandonnés impunément à toutes sortes de crimes, s'imaginent que ce silence de Dieu les met à couvert de tout, et qu'ils n'ont plus rien à craindre. Qui n'aurait cru, en effet, qu'Amasias après avoir recouvré sa liberté et son royaume, n'avait plus qu'à vivre en paix, et à jouir tranquillement d'une vie qu'il n'eût osé espérer? Mais lorsqu'il ne pense plus à la menace du prophète, lorsqu'il voit le roi d'Israël, qui l'avait si honteusement vaincu, mort avant lui, et lorsqu'après la mort de ce prince, il a encore joui de son royaume pendant quinze années, le temps de la patience de Dieu étant passé, il est accablé tout à-coup par le poids de sa sévère justice, et tue par une conspiration qui se fait contre sa personne. Il est sans doute d'une extrême conséquence de ne pas lire sans réflexion ces sortes d'événements, que l'Esprit de Dieu n'a fait marquer dans ses Écritures, qu'à fin qu'ils nous fussent comme des leçons vivantes, où nous apprenions à ne point substituer dans notre cœur le culte de quelque

VERS. 21. — TOLIT AUTEM UNIVERSUS POPULUS JUDÆ AZARIAM. Hic Amasiæ filius vocatus est etiam Ozias, ut verbis habes expressis lib. 2 Par. c. 26: Omnis autem populus Juda filium ejus Oziam annorum sedecim constituit regem pro Amasiâ patre suo. Et hoc nomen in Scripturâ sacrâ sæpius auditur. Sub hoc rege aggressi sunt prophetare Isaias, ut ipse testatur in principio suæ prophetiæ, qui Amasiæ regis frater existimatur, ut ex sententiâ Hebræorum refert Hieronymus, et Oseas, Joel, Amos, Jonas, Nahum, eodem teste Hieronymo. Hic porrò Ozias, sive Azarias, licet nondum ætate satis confirmatâ, annos natus sedecim, ubi primum parentis loco successus est, edificavit Ælath, eamque regum Juda ditioni restituit. (1)

VERS. 25. — ANNO QUINTO DECIMO FILII JOAS REGIS JUDÆ, REGNAVIT JEROBOAM FILIUS JOAS REGIS ISRAEL. Triginta novem annis regnavit Amasias, ut constat supra v. 2, cujus anno decimo quinto Israeliticum imperium inivit Jero-boam filius Joas, qui nihil melior fuit parentibus suis: neque recessit à Jero-boami perfidiâ filii Nabath, qui vitulos aureos et impiam religionem in Israel terminos invexit. Observare autem oportet, ne nominis tam sæpè repetiti communitas confusionem pariat, duos fuisse reges in Israel, quibus commune nomen Jero-boam, quos parentum nomina distinguunt: alter qui à Davidis familiâ decem separavit tribus, et infelicem populum nefario cultu vitulorum infect, qui vocatus est milites filius Nabath; alter nepos Jehu, qui ab altero loco regnavit in Israel, qui à parente vocatur filius Joas.

VERS. 25. — IPSE RESTITUIT TERMINOS ISRAEL AB INTROITU EMATH, USQUE AD MARE SOLITUDINIS.

idole on de quelque passion secrète, au service du vrai Dieu; à écouter humblement les menaces de ses ministres, lorsqu'ils nous étonnent d'une manière avantageuse pour notre salut; à ne nous point élever, comme fit ce roi, pour quelque avantage que nous ayons eu sur nos ennemis, et enfin à ne nous point endormir par un funeste assoupissement, mais à craindre beaucoup plus la longue patience du Seigneur, lorsqu'il garde le silence, que les châtimens temporels dont il se sert pour nous réveiller et nous attirer à lui. (Sacy.)

(1) VERS. 22. — IPSE EDIFICAVIT ÆLATH, ET RESTITUIT EAM JUDÆ. Edificavit omnem subegit David, adeoque et urbem hanc, sitam in sinu occidentali maris Rubri, qui de urbis ejusdem nomine apud veteres sinitus Elaniticus appellatus est. Post eam victoriam de Idumæis, Amasias subegisse iterum eorum ditioem saltem ex parte videtur. Patris sui victorias longius proxivit Azarias, qui et pristinum jugum urbi Ælath imposuit. (Calmet.)

Ab illâ parte videntur Syri eripuisse multa, quæ prius obtinere aut obtinere poterunt Israelitæ in terrâ Chanaanitide quæ data est à Deo in possessionem Israel. Ab illâ enim parte Israelis fines Syri contingunt. Est autem Emath pars illa in Libano, per quam Babylonii et Assyrii aditum habent minus impeditum. Quas nos pylas aut fauces appellare possumus. Est autem Emath in tribu Nephtalim, non procul à Damasco, quæ Syriæ caput est. Mare porrò solitudinis illud est quod aliter Mortuum aut Salsissimum vocatur; in quo sunt civitates illæ, quas antiquissimis sæculis cœlestis consumpsit incendium, et aquæ fontentes oppleverunt.

QUEM LOCUTUS EST PER SERVUM SUUM JONAM FILIUM AMATHI. Multa facta dictaque sunt, quæ tamen scripta non habemus illis in locis, ubi videbantur scribi potuisse commodè, quæ tamen alibi ex occasione ab aliis narrata cognovimus. Non habemus in prophetâ Jonæ quicquam de hoc Jero-boam; at hic locus se est apertus et talibus signatus notis, ut dubitare possit nemo Jero-boamo prædictum à Jonâ, restitutum iri veris dominis civitates illas, quas Syri ab Emath ad Mortuum usque mare eripuisse Israelitæ. Ex hoc autem loco aperte colligimus σάρραρον esse Jonam, Isaiæ, Amos, Oseæ aliisque prophetis, qui sub Ozîâ prophetasse narratur. Cur autem Jonas filius dicitur Amathi, diximus in nostris Commentariis super Jonam. De hoc porrò Jonæ ad Jero-boamum vaticinio ita Josephus lib. 9, c. 11: Jero-boamo propheta Jonas prædixit, quod devictis Syris ditioem suam esset amplificaturus, prolatis ejus terminis ad septentrionem usque Amatham urbem: ad meridiem verò usque ad Asphalitem lacum: his enim olim terminis Chanaanæa terra finiebatur, juxta Josue imperatoris definitioem. Quo oraculo excitatus Jero-boamus totos eos tractus adeptus Syris ad suum regnum addidit, nihil falente Josue vaticinio.

VERS. 26. — VIDIT ENIM DOMINUS AFFLICTIONEM ISRAEL AMARAM NIMIS, ET QUOD CONSUMPTI ESSENT USQUE AD CLAUSOS CARCERE, ET EXTREMOS (1).

(1) Car le Seigneur vit l'affliction d'Israël, qui était venue à son comble. Il vit qu'ils étaient tous consumés, jusqu'à ceux qui étaient renfermés dans la prison, et jusqu'aux derniers du peuple, sans qu'il y eût personne qui secourût Israël. Il semble que l'Écriture ait voulu nous rendre la raison pour laquelle Jero-boam devint si puissant et si heureux contre tous ses ennemis. Car c'était un prince impie et très-indigne par lui-même de cette assistance extraordinaire que Dieu lui donna, puisqu'il fit le mal devant le Seigneur,

C. 15, v. 4, cum sæpè ac diù à Syris attritus esset Israël, neque ulla sese ostenderet spes salutis ab humanâ manu, misit Deus salvatorem, qui sic affectis Syros durè, resque turbatas et afflictas Israël ita constituit, ut sicut antea quilibet in tabernaculis suis, et sub vite et ficu sine ullo metu, aut sollicitudine viveret. Illum salvatorem esse dicebamus ipsum Joachaz, qui spiritus Syrorum insolentes repressit, aut hunc Jeroboamum ipsius nepotem, qui non minus quàm avus collapsam excitavit republicam, et ad priorem aut etiam meliorem statum adduxit; quando non solum Israël regnum, sed etiam Juda, à quo pater ipsius

comme elle le dit, et qu'il ne se retire point de tous les péchés de Jéroboam, qui avait fait pécher Israël. C'est donc comme si le texte sacré ajoutait que ce ne fut pas à cause de lui, mais à cause de la grande affliction d'Israël, qui était venue à son comble, que le Seigneur mit sa puissance entre les mains de ce prince, afin d'abattre l'orgueil des ennemis de son peuple, et les empêcher de se glorifier insolamment de leurs victoires, qu'ils auraient dû rapporter à Dieu, selon que Dieu même le déclare ailleurs: Ne forte superbirent hostes eorum, et dicerent: Manus nostra excelsa, et non Dominus fecit hæc omnia. Cependant il vient dans l'esprit une autre difficulté touchant cette extrême affliction des Israélites, qui était alors, selon l'Écriture, à son comble. Car puisque Joas, père de Jéroboam, avait, comme on l'a marqué auparavant, battu par trois fois le roi de Syrie, et rendu à Israël les villes qui lui avaient été prises, comment sous son fils Jéroboam les mêmes Syriens avaient-ils réduit Israël dans la dernière extrémité? On peut dire sur cela que c'était des suites de l'impiété du peuple de Dieu, marquées prophétiquement et obscurément par cette colère mystérieuse d'Élisée, dont on a parlé auparavant, lorsque Joas, se lassant de frapper la terre avec des fêches, mérita que ce saint prophète lui prît qu'il ne serait pas entièrement victorieux du roi de Syrie. Ainsi les Syriens ayant été battus en trois rencontres par le roi Joas, et ayant perdu les villes qu'ils avaient conquises sur Israël, attaquèrent de nouveau sans doute les Israélites, et les réduisirent à cette effroyable extrémité où ils étaient, lorsqu'il plut à Dieu de les secourir, ne voulant pas, comme dit l'Écriture, effacer le nom d'Israël de dessous le ciel. Ce qu'elle dit non sans un très-grand mystère; car comment Dieu en effet aurait-il voulu effacer entièrement et exterminer un peuple au milieu duquel devait naître son propre Fils, comme le véritable Sauveur, non pas tel que celui dont il est parlé dans le chapitre précédent, qui devait vaincre trois fois seulement les ennemis de son peuple, mais tel que tous les prophètes l'ont représenté, comme devant s'assujettir tous les peuples de la terre, et s'en faire un peuple unique, qui est le vrai Israël de Dieu, comme l'appelle saint Paul, c'est-à-dire celui dont l'ancien n'a été que la figure?

(Sacr.)

hostiliter ante discederat, novis amplificavit incrementis, de quo mox. Ubi Vulgatus, *clausos carcere et extremos*, Hebr. est: *אשר עשׂה, asur asub*, quæ aliis locis non semel inveniantur conjuncta, quæ Vulgatus reddidit *clausum et novissimum*, de quo dicendi genere, ut reor, proverbiali, diximus satis lib. 5, c. 14, v. 10, ad illud: *Percutiam de Jeroboam mingham ad parietem, et clausum et novissimum*, ubi diximus à gregibus ductam esse metaphoram, in quibus qui clausi sunt et novissimi, maxime videntur esse tuti; aut his verbis omnia significari, quæ homines in bonis numerant, quorum quædam sunt extra domum, ut agri et vineæ, quæ quia homines neque domi servant, neque claustris muniunt, derelicta existimari solent. Alia secum habent, quæ seris claudunt, illis, que aut indormiunt, aut invigilant, ne fures rapiant, qualia sunt aurea vasa, pretiosa suppellex, pecunia, et si quid aliud est quod capiat oculos, et manus furaces et aduncas invitent, quæ bona vocari clausa possunt, quia aut in arculis, aut certè intra parietes accuratè servantur. Sic sanè habet antiquissima Hispanorum translatio: *Facta no quedar cosa tesaurisada, hasta no quedar cosa dexada en el campo*. Vulgatus addidit, *carcere*, quod in Hebraico textu non habemus, quod explicacionis gratiã adhibuit, quod sæpè facit. Quæ vox videtur priorem explicacionem approbare, quæ dicebat hunc dicendi modum à re pecuniarî fuisse translatum; nam agni, aut oves, quæ intra septa continentur, aut domi, dici optimè possunt carcere conclusæ, qui liberos gressus et vagos impediât. Certè funes, qui equos in circo continent, ne ante suum tempus erumpant in cursum, carceres dicuntur, quibus non valdè dissimilia sunt septa, quæ ad continentas pedecæ ex sparto et cannabe opere reticulato texuntur.

Vers. 28. — QUOMODÒ RESTITUIT DAMASCUM ET EMATH JUDÆ IN ISRAEL. Duæ istæ civitates extremæ sunt terræ promissionis, ad eam multi non immeritò dubitârunt ad Syriamne pertineant, vel ad terminos Israël à Domino concessos. Ego ad Israel em pertinere puto saltem Emath, quæ est Antiochia, ad quam dùm extendi dicitur terra promissionis, ut Numer. 34, inclusivè ibi ponitur Emath, quasi pars illius. De Damasco res est magis dubia. Sed nobis, utcumques, satis est Damascum et Emath Israël imperio aliquando paruisse, et regum Syriæ armis, sicut alias plures civitates esse subactas. Sanè lib. 1. Par. c. 18,

v. 6, cepisse dicitur David Damascum, et ibi constituisse militare presidium, et v. 3, percussisse Adazerem regem Saba regionis Emath, quas nunc Jeroboam ad imperium Israëliticum rursum adduxit.

Sed quaerit hic aliquis quomodò cum Jeroboam rex esset non Juda, sed Israel, civitates tamen illas Judæ addiderit, alieno, non proprio Israël imperio, maxime cum civitates illæ decem distent ab eo funiculo quem inter duodecim fratres Judas obtinuit. Multa hic Abul. q. 26, et alii, quæ nunc omitto. Tantum dicam, quod mihi magis videtur expeditum et promptum. Est quidem verum ad alias tribus potius pertinere potuisse utramque civitatem, quàm ad Judam, quia propius distant ab aliis; nihilò tamen minus pertinuisse puto ad tribum Juda, quia David, qui ex illâ natus est tribu, ut illas subjugavit primus, sic etiam succeperat quàm aliis tribubus adscribere. Quomodò lib. 1. Reg. c. 27, v. 6, licet Siceleg magis ad tribum Simeonis pertineret, quia illa data fuit Davidi: *Facta est Siceleg regum Juda usque in diem hanc*. Dicitur porò restituta non regibus Juda, sed *Judæ in Israel*, quia extra sortem Judæ inter alias decem, aliquot erant civitates quæ à Davide in suam tribum fuerant contributæ, quæ parebant regi Israel, sicut etiam, ut opinor, parebat Siceleg, cum tamen ad Judam pertineret, ut diximus. Et hoc omninò sibi vult illud: *Restituit Damascum et Emath Judæ in Israel*, id est, fecit ut duæ illæ

#### CAPUT XV.

1. Anno vigesimo septimo Jeroboam, regis Israel, regnavit Azarias, filius Amasias regis Juda.

2. Sexdecim annorum erat cum regnare cœpisset, et quinquaginta duobus annis regnavit in Jerusalem. Nomen matris ejus Jechelia, de Jerusalem.

3. Fecitque quod erat placitum coram Domino, juxta omnia quæ fecit Amasias pater ejus;

4. Verumtamen excelsa non est demolitus, adhuc populus sacrificabat et adolebat incensum in excelsis.

5. Percussit autem Dominus regem, et fuit leprosus usque in diem mortis suæ, et habitabat in domo liberâ seorsum: Joathan verò, filius regis, gubernabat palatium, et judicabat populum terræ.

6. Reliqua autem sermonum Azariae, et

s. s. xi.

civitates adjungerentur aliis civitatibus Judæ, quas habuit sibi subditas in Israel, id est, in suâ ditone, quæ tamen nomen retinuerunt antiquum, et sicut antea solitæ civitates dicebantur Judæ.

Vers. 29. — DORMITIVITUS JEROBOAM CUM PATRIBUS SUIS. Quaerit hic Abul. q. 27, an ferre Jeroboam, vel naturali morte perierit. Nullam illi vim allatam extrinsecus probat, quòd dormisse dicitur cum patribus suis, qui dicendi modus naturale indicat, non violentum moriendi genus; quòd verò vis intercesserit, et ferrum, non probat illud Amos c. 7, v. 11: *In gladio morietur Jeroboam, et Israel captivus migrabit de terrâ suâ*. Neque enim dixit eripendam esse regem vitam gladio, sed, *consurgam super Jeroboam in gladio*: quæ verba tantum indicant conflandum esse bellum contra domum Jeroboam, quod paulò post accidit post illius mortem. Illa porò verba retulit sacerdos selestus Amasias regi, ut odiosum redderet prophetam, et regis manu illum de medio tolleret, aut exturbaret procul à regno, quem suis commodis atque consiliis parùm videbat opportunum: non itaque minacis illi sermones fuerunt Amos, sed Amasie sacerdotis, quos falsò confinxit, neque novum est in Scripturâ ut quædam narentur, quæ mentis sunt alii quorum verba referunt, non probat: vide plura lib. 1, c. 4, ubi diximus multa ab externis falsò dici, quæ Scriptura narrat, quibus tamen ideò nulla debetur fides.

#### CHAPITRE XV.

1. La vingt-septième année du règne de Jéroboam, roi d'Israël, Azarias, fils d'Amasias, roi de Juda, commença de régner.

2. Il n'avait que seize ans lorsque son règne commença, et il régna cinquante-deux ans dans Jérusalem. Sa mère était de Jérusalem, et s'appelait Jechéla.

3. Il fit ce qui était agréable au Seigneur, et se conduisit en tout ce qui regardait le culte de Dieu comme Amasias, son père;

4. Il ne démolit pas néanmoins les hauts lieux consacrés au Seigneur, car le peuple y sacrificait encens, et y brûlait de l'encens.

5. Mais, le Seigneur frappa ce roi, et il demeura lépreux jusqu'au jour de sa mort; il vivait à part dans une maison écartée. Cependant Joathan, fils du roi, était grand-maître du palais, et jugeait le peuple.

6. Le reste des actions d'Azarias, et tout ce

12